

Limites inter bona episcopalia ecclesie Wladislaviensis, et nobilis Stanislai de Tarnowo.

121

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nicolaus de Brudzewo palatinus Syrdienensis et capitaneus terra Brestensis, significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris harum notitiam habituris, quomodo ad nostram venientes presentiam magnifici domini et generosi, Mathias de Sluzewo Brestensis, Andreas de Lubien Cruschviciensis castellani, Nicolaus de Janichowo subiudea, Jaroslauus de Przibrancowos subpinerna Brestenses, arbitri et amicabilem compositores, et perpetuarum granicierum factores assumpti et electi de consensu partium infrascriptarum, videlicet reverendissimi in Christo patris et domini, domini Petri Mosszinsky de Bryn Dei gratia episcopi Wladislaviensis ex una, et nobilis Stanislai de Tarnowo ex altera partibus, cum totali potestate et de consensu speciali partium predictarum, publice et sponte recognoverunt, quia perpetuas granicies fecerunt et limites inter villas et hereditates videlicet eiusdem reverendissimi in Christo patris et domini, domini Petri Mosszinsky de Bryn episcopi Wladislaviensis, et venerabilis capituli eiusdem ecclesie Wladislaviensis ex una, et villam seu hereditatem Tarnowo dictam nobilis Stanislai predicti ex altera partibus tali ut sequitur modo, quod ipse reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Petrus Mosszinski

de

de Bryn episcopus Wladislaviensis cum suo capitulo eiusdem predictae ecclesiae Wladislaviensis, incipiendo à ripa lacus dicti Goplo, ipso tamen lacu Goplo excluso, ad quem dominus episcopus Wladislaviensis cum suo capitulo ecclesiae predictae, et eiusdem successoris perpetui, ut nimirum multum iuris habent, medietatem verò omnium paludum aliarum bloth, versus villam Kuzko et Tharnowo currentem ad longitudinem à finibus, pratorum, planorum, alias plonie, Lank villa Kuzko, in latitudinem ad fines pratorum, planorum villa Tharnowo, ipse dominus episcopus Wladislaviensis predictus, cum capitulo ecclesiae predictae Wladislaviensis medietatem habet et perpetuo tenere debet versus villam Kuzko. Et nobilis Stanislaus medietatem versus villam Tharnowo, usque ad lacum dictum Kuzko, et lacum totum ipse reverendus dominus episcopus Wladislaviensis, cum suo capitulo ecclesiae Wladislaviensis habere et tenere debet perpetuo, cum ripis eiusdem lacus tam late et longe, prout antiquitus inundat, aut in futurum poterit inundare, ad omnes latitudinis et longitudinis suae ripas, ad quem lacum ipse nobilis Stanislaus et eius posteris, nihil iuris habebunt perpetuo et in aevum, in quo lacum ipse nobilis Stanislaus, et eiusdem posteris, et knehtones ac incolae duntaxat villa Tharnowo, pecora, pecudes et alia iumenta habent libertatem adaquandi, nec non linum, kanapas tempore competentis mergendi, sine omni impedimento et contradictione eiusdem domini episcopi et successorum eiusdem, nec non capituli eiusdem

dem pro tempore existentis. Item ad vadum lacui prædicto domini episcopi, omnes paludines inter Thamo:wo et Kuzko ad longitudinem currentem, usque ad lacum Tharnowskich dictum, etiam per medium tenere debent, ita ut prius expressum est, videlicet dominus episcopus cum capitulo suo medietatem versus villam et hereditatem Kuzko, et nobilis Stanislaus eiusque successores legitimi perpetuo tenere debent cum ripis eiusdem tam late et longe, prout antiquitus inundat, vel in futurum poterit ad omnes ripas inundare longitudinis et latitudinis sue, ad quem lacum ipse reverendissimus in Christo pater et dominus, dominus Petrus Mossinsky episcopus Wladislaviensis, cum suo capitulo ecclesie sue Wladislaviensis nihil iuris habere debet perpetuo et in ævum. Item omnes paludines seu blotha à lacu prædicto eiusdem nobilis Stanislai, currentes ad palum seu graniciem septam circa viam Brarcky seu lawy dictam, etiam per medium habere debent, videlicet reverendissimus dominus episcopus prædictus cum suo capitulo Wladislaviensi medietatem versus villam et hereditatem Kuzko et Chelmere, et nobilis Stanislaus versus villas seu bona Thamo:wo medietatem et Nyuoczno. Item ab eodem scopulo seu granicie similiter omnes paludines per medium tenere debent usque ad fines villarum seu hereditatum Kuzko et Chelmere domini episcopi et capitulo eiusdem, nec non Thamo:wo et Nyuoczno nobilis Stanislai. Quas quidem granicies per dominos prædictos ac infra subscriptos de consensu partium

totaliter

totaliter factas, ductu funis seu corde per medium
diviserent, et scopulis in siccis, palis vero in palu-
dibus consignaverunt, que quidem granicies seu
pali taliter facti perpetue et in eum stare debent
sub vadio ducentorum ducatorum. In cuius rei te-
stimonium sigillum nostrum presentibus est ap-
pensum. Actum et datum in Radziew feria ter-
tia in die sancti Galli confessoris gloriosi, anno Do-
mini millesimo quadringentesimo octuagesimo se-
ptimo. Presentibus nobilibus Mathia et Nicolao
heredibus de Sablog, Mathia de Zyemieczino, Sta-
nislao de Kusinowo, Joanne de Boczanowo, Sta-
nislao de Ulicze, et aliis testibus presentibus cir-
ca premissa fide dignis.